

suivant, le roi Charles VI autorisa, en faveur du pont, le virement d'une partie des fonds qui devaient être affectés tout spécialement aux fortifications (1).

---

rum ut omnia et singula que per eosdem fideles pro relaxatione hujusmodi gracia consequenda offeri contingerit vel donari in usus ad quos oblata vel donata fuerint integre convertantur, sub intervacione divini judicis districtius inhibemus, ne quis, cujuscumque status, conditionis vel dignitatis existat, quecumque de sic oblatis vel donatis sibi aliquatenus appropriet vel usurpet. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, non possit a reatu presumptionis hujusmodi ab aliquo, nisi apud sedem apostolicam aut nos, ac satisfactione debita per eum de illis que sibi appropriaverit vel usurpaverit realiter prius impensa, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtainere, presentibus post decenum minime valituris. Datum Lugd. II non. aprilis, pontificatus domini nostri domini Alexandri papa V anno primo. » (Arch. municipales, copie moderne.)

(1) Carolus, Dei gratia Francorum rex, bailli vo Matisconensi, senescallo Lugdunensi, aut ejus locum tenenti salutem. Dilecti nostri consules et habitantes ville et civitatis Lugdunensis nobis exponi fecerunt quod cum pons publicus fusteus et lapideus situatus supra flumen Rodani in dicto loco Lugdunensi, per quem fit et habetur notorie et necessarie transitus de regno nostro ad partes imperiales, videlicet in Daiphinatu Viennensi, utilis et necessarius ad serviendum toti rei publice, fuerit temporibus retralapsis in pluribus suis partibus pluries disruptus et in ruynam penitus adeo positus et reductus, quod nullo modo per supra ipsum transitus haberi poterat, et propter hoc deficientibus valoribus et emolumentis operis et fabrice dicti pontis, qui modici valoris existunt, attentis reparationibus in eodem quotidie necessario fiendis, ipsos exponentes necessitate coactos eidem ponti et suis reparacionibus et etiam reipublice succurrere plures finacias et pecuniarum summas, tam pro restauracione et reparatione ipsius pontis, quam pro ministrando naves et gentes necessarias ad transferendum seu navigandum populum per dictum flumen de parte in partem et de litore ad litus, dum dictus pons existebat disruptus, expendere et missionare opportuerit, quamvis ad hoc insolidum minime tenerentur, et cum omnes de populo tangat hujusmodi pontium publicorum